



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 3. Gondius seu Radesius Cardinalis Regis jussu captus, & Vincennas abstractus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

**Sæc. XVII.** quiescere, & plerumque istic motus  
A.C. 1652. quamcunque in partem incubuerint, non  
 esse diuturnos, præcipue, quando pri-  
 mus tumultuantum impetus constanti  
 animo retunditur.

## §. III.

*Gondius seu Radesius Cardinalis Re-  
 gis jussu captus, & Vincennas  
 abstractus.*

Priet. Hist.  
 mund. ad  
 An. 1652.  
 Daniel Hist.  
 de France  
 tom. 10.

Interea Hispani ex civilibus hisce dissi-  
 diis plurimum contra Gallos in Ca-  
 talonia profecere; hos enim capta Bar-  
 cinonensi urbe ex universa ferme Pro-  
 vincia expulerunt, neconon Gerundam,  
 Palamosium, pluresque alias civitates  
 pristino suo Regi vindicarunt: nec mi-  
 nus luculenta ignaviæ, levitatisque mo-  
 nimenta Galli in Italia & Flandria de-  
 fixere; paucos enim intra Menses præ-  
 ter Cafalin urbem Mantuano Duci redi-  
 ditam, insuper Dunckerkam, & Gra-  
 velingam Hispanis cedere coacti sunt:  
 Tot damnorum culpa non infima cre-  
 debatur Paulus Franciscus Gondius,  
 vulgo dictus Cardinalis Radesius, antea  
 Corinthiacus, postea Parisiensis Archi-  
 episcopus, qui inter Regis & Princi-  
 pum dissidia medias partes tenere simu-  
 lans, utriusque partis favore Cardina-  
 lis creabatur, & Franciæ tumultibus,

quos

quos tanquam Fundibulariorum Caput Sæc. XVII.  
 non parum promoverat, & ingenio suo A. C. 1652.  
 potissimum partem purpuram debebat:  
 Postquam igitur Mazarinus Cardinalis  
 juratus Radesii hostis cum valido agmine  
 Regiis Baro - Ducum obsidentibus  
 suppetias venerat, victorque unacum  
 Rege Lutetiam ingressus erat; Radesius  
 sibi metuens, cum Mazarino reconciliari  
 exoptabat, hancque in rem suæ  
 Neptis conjugium cum præfati Cardi-  
 valis Nepote offerebat: Spe tamen sua  
 delusus, non modo Mazarino æqualis,  
 sed & superior esse nitebatur: postquam  
 vero Rex illum tanquam Legatum Ro-  
 manum mittere decreverat, Radesius tam  
 ingentem pecuniarum vim, tamque am-  
 plas dignitates, & munia pro suis con-  
 fanguineis postulabat, ut inde sat lucu-  
 lenter pateret, quod Galliis excedere  
 nollet: quinimo nonnisi armatorum  
 manus stipatus, ex ædibus suis prodi-  
 bat, palam declarans, se nunquam Pa-  
 risiensem auram mutaturum: cum au-  
 tem inde novit tumultus suspicio in eum  
 caderet, simulque insimularetur, quod  
 eadem die, qua Rex Parisios redierat,  
 Aurelianensi Duci suasisset, ne ex Re-  
 gis mandato urbe excederet, hinc Rex  
 illum, cum nihil sinistri suspicatus Lu-  
 param adiret, ex Mazarini æmuli sui  
 consilio die decima nona Decembbris

A 5

com-

Sæc. XVII. comprehendendi, & Vincennas primo, ac  
A. C. 1652. postea ad Nannetensem arcem abduci  
jussit. Comporta Cardinalis captivi-  
tate Franciæ Præsules, Sorbonæ Do-  
ctores, ac præcipue Parisienses Cathe-  
dralis Ecclesiæ Canonici de violata im-  
munitate graviter questi, Pastorem suum  
in libertatem afferi petebant, hancque  
in rem per triduum Sacratissimam Eu-  
charistiam exponi præcipiebant: Insu-  
per summus Pontifex Morinium Lugdu-  
nensem Archiepiscopum Parisios ad Re-  
gem deputabat, ut Sacræ Sedi, quæ  
sola competens esset Cardinalium Ju-  
dex, capti Præsulis cauſsam reservari  
impetraret: priusquam vero hic Archi-  
episcopus iter aggrederetur, Regii Se-  
natus literas Lugduni acceperat, qui-  
bus ulterius progredi prohibebatur: ne  
tamen ea res in funestos successus e-  
rumperet, Mazarini Cardinalis pruden-  
tia, dexteritasque præpedivit.

## §. IV.

*Franciscus Canonici Mascambrunus  
Romæ extremo supplicio  
affectus.*

*Atta crim.  
Rom. Ma-  
scambr. Tul-  
den. Hist.  
temp. l. I.  
pag. 35.* Infelicitis sane prosperitatis monumen-  
tum exstitit Franciscus Canonici, di-  
ctus postea Mascambrunus. Hic tenuis  
fortunæ parentibus Apirii ignobili Mar-  
chiæ